DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

SUFFOCATIONE STRIDULA.

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON
Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI conſenſu,
Et nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
Eruditorum examini ſubjicit

GEORGIUS MONRO, M. B.

DELAVARIENSIS,

Societatis Phyſicae Edinenſis Praeſes Annuus,
Soc. Reg. Med. Ed. et Nat. Hiſt. Stud. Ed.
Nec non
Am. Med. Philad. Sodalis.

Ad diem 24. Junii, hora locoque ſolitis.

Who ſhall decide when Doctors diſagree?

POPE.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXVI.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

Viris illuſtribus,

GULIELMO SHIPPEN,

BENJAMINO RUSH,

Et

ADAMO KUHN,

Medicinae in Univerſitate Pennſylvanienſi Profeſſoribus,

Ob commoda,

Quae e praelectionibus eorum utiliſſimis deduxerit,

Manifeſta,

Et humanitatem,

Qua ſe ſemper exceperint, ſingularem;

Item,

Item,

Viro honorabili,

THOMÆ M'KEAN, L.L.D.

Judici reipublicae Pennſylvanienſis primario,

Qui patriae periclitanti,

Cum defenſoribus talibus maxime egebat,

Et conſiliis et armis conſuluit,

Et igitur ad ſummos, quos poteſt conferre,

Honores merito evectus eſt,

Non minus prudentia,

Quam benevolentia,

Nobilitato,

Propter illam amicitiam,

Qua ſeſe ſuoſque nunquam non fuerit proſecutus,

Stabilem et intemeratam;

Nec

Nec non,

Affini ſuo ſpectabili,

JOANNI ARCHER, M.B.

In comitatu Harfordienſi,

Apud Marylandienſes,

Qui munia et Senatoris et Medici,

Cum maximo ſuo honore obiit:

Ob curam et attentionem,

In ſe primis medicinae elementis erudiendo poſitas;

Et amicitiam,

Quam in ſe omni tempore demonſtravit ſinceram;

Denique,

Conſanguineo ſuo,

ROBERTO HARRIS, A.M.

Uni e curatoribus Academiae de Princeton,

In Nova Caeſarea,

Et medico celebri Philadelphienſi,

Propter monita,

Quibus in ſe amorem et philoſophiae et medicinae primum excitavit,

Salutaria;

Hocce tentamen, ut parvulum animi [illegible] haud ingrati,

Nec beneficiorum immemoris,

Monumentum,

Summa obſervantia

D. D. CQ.

AUCTOR.

Mr. Stanifstreet
with best regards
from his friend
the Author

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

SUFFOCATIONE STRIDULA.

MORBUS, qui apud Scotos *Croup* appellatur, vel Suffocatio viri clariſſimi Homii Stridula, non parum attentionis medicorum, per annos complures proxime elapſos, in ſeſe convertit: Et hoc quidem meritiſſime, cum ſtrages, quam edere conſueverit, horrenda, et magna opinionum ſuper ea varietas, ut omnes, qui medicinae operam navaverunt, ad eam diligenter ſerioque conſiderandam ſtudio ſummo incumbant, plane neceſſarium efficiant. Hoc igitur argumentum accuratius cognoſcendi deſiderio inflammatus, id, quod exequerer, ex omnibus aliis ſeligendum putavi. Cum vero id illuſtrandum non ſponte, ſed coactus et invitus, haec enim omnium, qui hac in Academia ad ſummos medicinae honores evehuntur, conditio eſt, ſuſceperim; errores, in quos ſcribere parum aſſuetus incidero, lector benevolus, uti ſpero, mihi candidus facilisque remittet.

Licet antiqui medici morbos accurate deſcripſiſſe ponantur, et hodierni cauſas eorum proximas, uti omnes norunt, diligenter curioſeque inveſtigaverint, hic morbus, de quo diſſeritur, et his et illis latuiſſe videtur, donec Profeſſor noſter illuſtris Homius naturae ejus lumen offudit. Ex quo opus ſuum hic auctor eruditus in vulgus ediderit, multi alii ſuper eo non pauca conſcripſerunt: Auctoritate vero ejus, utpote qui morbum accuratiſſime conſideraverit, potiſſimum niti mecum decrevi.

" The ſeat of this diſtemper," inquit ille illuſtris, " appears to be the cavity of the wind-pipe. The place firſt, " and moſt particularly affected, is the upper part of the trachea, about an inch below the glottis; for in that part " they complain of a dull pain; the external ſwelling has " been obſerved there; and the morbid membrane we have " found ſtretching from that place downwards. The back " part of the trachea, where there are no cartilages, ſeems, " from the inſpection of thoſe that die of this diſeaſe, to be " its firſt and principal ſeat, as this morbid membrane is often found there when it is in no other part.

" No wonder that the morbid appearances are chiefly " found there; for there are lodged the greateſt number of " glands, deſigned for the ſecretion of mucus. This fluid is " ſeparated from glandular bodies, depoſited betwixt the different membranes, which are perforated by an infinite " number of almoſt imperceptible holes, that give a paſſage " to the excretory ducts of thoſe glands; the largeſt of " theſe lie on the outer, and poſterior, ſurface of that membrane, which ſerves, on the back part, to make up the deficiency of the cartilages, as they are not complete circles *."

Inter

* Inquiry into Croup, page 35.

Inter omnes fere ſuffocationem ſtridulam, morbis inflammationem habentibus, accenſeri debere convenit; cum vero affectus gulae a ſe invicem non ſine magna difficultate ſecernantur, cumque catarrhus hunc morbum ſaepe comitetur, in errores ſuper eo forſitan medici illapſi fuerunt, et ſigna, quae ad alios morbos potius attinuerunt, huic fuerunt tributa. Cur in infantes ſolos invadat, cur poteſtas devorandi raro aut nunquam afficiatur, et cur ſanitas, membrana laryngis ejecta *, protinus reſtituatur, ſi morbus pro inflammatorio ſtricte habeatur, explicatu in primis difficile eſſe videtur. Caeterum notae ejus verae et exitus ab omni inflammatione plane aliena ſunt, et, quod dubitationem ex toto tollit, cadavera inciſa nihil inflammationis ſubeſſe demonſtrarunt †.

Clariſſimus Michaelis Gottingenſis tractatum ingenioſum et accuratum de hoc morbo exarandum curavit ‡. Quod vero nomen ei indidit, plurima ei objici poſſe videntur. Vocabulum *angina*, quod a verbo Graeco αγχω *ſtrangulo*, derivatur, propterea quod difficultatem devorandi cum dolore et inflammatione

* Illuſt. Shippen, in anatomicis ſuis praelectionibus, de exemplo pueri hocce morbo laborantis meminit, ubi, vomitione excitata membrana duos digitos longa ejecta eſt, et puer protinus paribus colludere coepit.

† Inflammationem tracheae membranam ei, quae in morbo noſtro ſemet oſtendat, ſimilem gignere poſſe, haud dubie probabile eſt, cum lympha e ſuperficie in aliis corporis partibus inflammata exudans in hoc morbo repertam plurimum reddere videatur. Nonne vero mirabile eſt, cruſtas hujuſmodi in adultis, qui catarrho laborant, nunquam formari, quanquam e dolore et raucedine, quin trachea non parum inflammetur, ambigi nequit?

‡ "Impedita valde, dolens admodum, vel et impedita et dolens ſimul, deglutitio, atque reſpiratio, quae contingit a cauſa morboſa agente in partes binis his functionibus inſervientes, ſupra pulmones et ſupra ſtomachum poſitas, angina vocatur." *Boerh. Aph.* 783.

flammatione gutturis et faucium, ſignificare conſuevit *, plane ſine ulla diſputatione reſpuendum.

Verbum *polypoſa* hypotheſin potius redolere, quam veram morbi naturam deſignare videtur. Cruſta hoc in morbo non partibus contiguis, in morem polyporum, adnectitur, et inſuper lympha coagulabilis, quam ad polypum conſtituendum omnino neceſſariam eſſe contendit, aliquantum inflammationis ſaltem deſiderat †. Quinetiam, e compluribus exemplorum ejus, morbum ſine ullo omnino hujuſmodi affectus ſigno extitiſſe concludere licet ‡.

Aſthma ſpaſmodicum viri clariſſimi Millar, cum, quantum et ex ſignis et ex inciſionibus poteſt judicari, vitium diverſum eſſe videatur, poſtea, cum ad diagnoſin fuerit ventum, conſiderabitur.

QUÆDAM DE DEFINITIONE.

His obſervationibus praedictis, nunc proximum eſt, ut quomodo morbus finiri, et quem in Noſologia Methodica locum obtinere debeat, conſideremus.

Cullenus celeberrimus et immortalis, eum ſub claſſe *pyrexiae*, et ſub ordine *phlegmaſiae*, collocavit, ubi, ut ſpecies cynanches, in modum ſequentem definitur.

"Cynanche,

* Vid. tractatum de Angina Polypoſa, &c. 1778.

† "Jam itaque veriſimillimum eſt, membranam noſtram a parte ſanguinis illa fibroſa lymphatica originem trahere, quae ſummi eſt in pathologicis momenti: cujus in pulmonum vaſis minimis accumulatione, plurimi morbi inflammatorii lethales evadunt." &c. *Vid pag* 43. *Michaelis.*

‡ Quatenus vaſa exhalantia lympham coagulabilem, quibuſdam ſubſtantibus, ſine inflammatione effundere poſſint, dicere nequeo. Ad rationes vero phaenomena exponendi obſcuras, cum ſimpliciores adhiberi poſſunt, confugere vix neceſſarium eſſe duco.

"Cynanche, *trachealis*, reſpiratione difficili inſpiratione "ſtrepente, voce rauca, tuſſi clangoſa, tumore fere nullo in "faucibus apparente, deglutitione parum difficili et febre "ſynocha *."

Utrum vero haec morbo definitio necne rite conveniat, nunc conſiderandum reſtat.

Morbos a ſe invicem ſecernere et definire pars artis medicinalis praecipua eſt. Qui medicinam facere nuper coepit, is per hanc ſcientiae partem quonam medicamenta dirigere conveniat, docetur; quique valetudinarios numeroſiſſimos curavit, is talibus in exemplis, qualia in conſpectum ſemet rariſſime dant, per eandem juvari poteſt. Noſologia igitur pro clave medicinae haberi poteſt. Simplicitatem hujus praeſentem ſtatumque provectiorem Culleno ſoli referamus oportet. Ars vero Hippocratica, etiamnum admodum imperfecta, et morbi confuſi nullumque in ordinem redacti, vires ullius ingenii tantopere exceſſerunt, ut opus, in primis quidem difficile, omnibus ſuis numeris abſolvi nequiverit. Namque, ut in prooemio inquit, "difficile quidem erit, hanc rem protinus perfec"tam reddere, nec, ut opinior, niſi tentaminibus repetitis fieri "poteſt †." Fortitudine tamen non minus mirabili, quam generi humano utili, opus ſuſcepit, quod tempora auctori illuſtri lauro viridante in aeternum redimiet.

Abſit, ut opera ejus excellentia reliqua, unde tantum fructus perceperim, hoc in loco ſilentio ingratus praetercam.

Huic viro ingenio miranda praedito, inquit cl. Ruſh ‡, honor ſyſtemata Bellini, Stahlii, Hoffmanni, et Boerhaavii, in unum

* Vid. Synopſ.

† Prolegomena, pag. xi.

‡ Vid. MS. Introd. Lect. to the Pract. of Phyſic.

unum conflandi fuit reſervatus. Pauculis, quae Newtonus immortalis in operibus ſuis obiter notaverat, excitatus operationes ſyſtematis nervoſi tenebris obſcuris ante involutas primus detexit, et clarius explicavit. Corpus humanum pro machina, non per animam rationalem omnem ejus partem pervadentem, ſed per principium corporibus animalium, quae nihilominus legibus certis mechanicis parent, proprium, animata habuit. Quae Bellinius falſo ſubduxerat, ea convellit; principium Stahlianum intelligens limitibus juſtis circumſcripſit; actionem daemonum, quam exiſtere enixiſſime contenderat Hoffmannus, repudiavit; et denique, quanquam multi, praejudiciis et caecitate ſuis abrepti, ei commodis medicinae ſapientiſſime conſulenti pro virili obſtiterint, longe maximam materiae morbificae humorumque Boerhaavii acrium partem expellere non dubitavit.

Munia Profeſſoris in partibus medicinae variis docendis univerſa ſummo cum honore ſuo obiit. Phyſiologia, res chemica, materia medica, uſuſque medicinae practicus, multum e vi ejus ingenii, quod omnia, quae attingat, illuſtrat tenebriſque priſtinis eximit, mirabilis ſagace fructus ceperunt. Summam famam medicam et exiſtimationem merito aſſecutum, amore grataque memoria omnes conſtanter proſequentur.

Propoſito, quod tantae excellentiae doctrinaeque conveniebat, ſupereſt ut plane confitear, me nihilominus a tam magno tamque ſagace viro, in una re ſaltem, diſſentire cogi. Addictus nullius jurare in verba magiſtri, utcunque venerandus ſit, ad res veras ſententiae, in quam conceſſi, ſuſtinendae provoco.

CASUS

CASUS I.

" Puer annorum quinque, ſanus antea, poſt quietam noctem expergefactus, totum inde diem debilis ac ſomnolentus fuit; ſemel vomuit, poſtea autem cibos appetit. Altero jam die, aliquam in faucibus percepit irritationem, toto corpore calet, et infirmior jam inquietiorque cibum recuſat. Tertio die titillantis doloris ſenſus, cujus ſedes in faucibus eſſe apparet, deglutitionem tamen non impedit, iterum ſentitur: pituitae ſatis denſae magna copia rejicitur; inſtante veſpere, lingua albeſcit; remedia variis modis propinata pertinaciter recuſantur. Quarto die, matutinis horis, collo ſinapiſmus imponitur, qui verſus meridiem, cuticulam in veſicam lympha ſpiſſa repletam, attollit, ſiphonis ſimul ope crebro os colluitur. Corporis calor punctioniſque in faucibus ſenſus idem eſt malaque dextra, et fauces praeſertim, intumeſcunt. Quinto die, tumor ille per noctem diſparuit; quantum vero calor intenditur, quantoque major inquietudo et infirmitas, tantum oculorum ſplendor deficit; potus abſque moleſtia deglutitur. Sexto die, circa meridiem, difficilis torquet vomitus, nec multo poſt tenacis admodum materiae bini globuli, avellanae magnitudine, tuſſi ejiciuntur. Ab hoc uſque tempore, vires magis magiſque deficiunt, obſcuri in pectore ſtrepitus audiuntur, verba quae proferre conatur aeger, vix ac ne vix quidem intelliguntur; ad veſperam pectoris ille ſonitus acutior; calor et pulſus celeritas increſcunt; pulſus aliquando intermittere incipit; debilitas ac anxietas major majorque, cum lamentabili et demiſſa voce. Nihilominus malorum advenit lenimen, ſub quo de faucium oriſque dolore querelas diſtincte aeger profert,

fert, atque etiam, deſperatis licet rebus, potum deſiderat, lactiſque tepefacti libram exhaurit; non diu autem poſt, pectoris ceſſante ſtrepitu, tranquille ultimum ſpiritum reddit.

"Cadaveris inſtituta ſectione, praeternaturalis in aſpera arteria reperta eſt membrana, ex omni parte integerrima, in qua nec inflammationis, nec corroſionis, ullum animadverſum eſt veſtigium *."

CASUS II.

"October 20. 1763. A girl, aged four years, coughed a little, was out the day following, and, at night the cough increaſed with hoarſeneſs. On the 22d, Mr Wood, the family ſurgeon, by accident, ſaw her playing, and obſerving her breathing laborious, and her pulſe quick, though ſhe was otherwiſe well, he blooded her. 23d, She was worſe, and had a bliſter applied to her throat and back, and got an injection. 24th, I ſaw her firſt; her breathing quick and hoarſe; pulſe 180; urine with ouzy ſediment; and was told that ſhe had coughed up what ſeemed to the family pure matter. By her breathing, more of the ſame kind ſtill ſeemed to be left behind. She eat and drank without any pain. To expel the matter, if poſſible, ſhe got a vomit of ſquills; but nothing came away. 25th, She was much in the ſame way; and I obſerved ſome matter mixed with the ſaliva that ſhe had coughed up. Breathing exceeding quick and laborious. Ordered the ſteams of warm vinegar to be drawn into the lungs, on purpoſe to produce a fit of coughing; but it had no ſuch effect, and ſhe died in the evening.

"When

* Vid. Michaelis, Obſerv. 6. pag. 271.

"When the trachea was opened by Mr Wood, the whole internal ſurface was covered with a membrane for three inches downwards from the glottis. This membrane was complete all around, did not adhere to the trachea, and came off in the ſhape of a hollow tube. The natural coats of the trachea ſeemed entire, and not ulcered. The ſubſtance of the lungs was quite ſound; but the veſicles of the left lobe were filled with yellow thick pus, which ſunk in water. The new formed membrane had ſome degree of tenacity; and, when ſteeped in milk warm water for two days, did not diſſolve, but preſerved ſome degree of coheſion. No fibres could be obſerved in it *."

Michaelis, ſub quartum exemplum extremum, in obſervationibus pathologicis ſequentia notare pergit. "Hanc ſi excipias praeternaturalem concretionem tenacemque materiem, nil ullibi inventum eſt, quod ab ea, quae in ſano homine eſſe ſolet, ratione recederet, ita ut nec ullum appareret inflammationis veſtigium †"

In decimo, pagina 285. hoc inſuper affirmat. "Altero poſt mortem die, inſtituta cadaveris ſectione, cauſa necis mox detecta eſt. Juſto magis venae colli tumebant; aſperae arteriae naturalis erat color, nec ullum ibi inflammationis veſtigium; inſignis autem in ea aquae inventa eſt quantitas, membranaque tubuliformis nullibi adhaerens, quae intra laryngis cartilagines initium capiebat, et tantae erat craſſitiei, ut quoad maximam partem canalis hujus lumen obturaret."

Vir celebris quoque Dr Home documenta, quae non minus ponderis habent, nobis ſufficienda curavit. In caſu ſuo quinto, paginaque decima nona, quod ſubſequitur memoriae prodit. "When the trachea was opened, no inflammation

 appeared;

* Dr Home, Caſe 8. page 23.

† Pag. 268.

appeared; but all its ſuperior internal ſurface, particularly the back part next the oeſophagus, was covered with a ſoft half diſſolved like membrane, &c." In ſexto, nulla inflammationis mentio fit, quamvis trachea curioſe et diligenter fuit inciſa.

Nonne exempla hujuſmodi morbum ſine inflammatione exiſtere ſatis ſuperque demonſtrant?

Quo fidem opinioni hujuſmodi majorem conciliem, et naturam morbi tam plene, quam fieri poſſit, depingam, caſum ſubſequentem e Michaelis, quem a Dr Sauer, medico Principis de Wertheim primario, accepit, citandum judico.

CASUS III.

"Biennium jam elapſum eſt," inquit ille illuſtris, "ex quo noſtra in regione morbum infantilem obſervavi, quem ſub ſuffocationis ſtridulae nomine clariſ. Home omnium optime, et clariſ. Van Bergen in A. N. C. T. 2. minus diſtincte deſcripſit.

"Symptomata, quae mihi obſervanda occurrerunt, cum iis perfecte conveniebant, quae a Roſenio, Homioque expoſita legimus; id tamen monendum, variam fuiſſe in noſtris regionibus, qua infantes morbus invaderet, rationem; in aliis catarrhalibus ſymptomatibus repente ſe junxit ſuffocatio ſtridula; cum in aliis laſſitudo ſolum, moeror, oculorumque languor, ipſum morbum praecederent, quos leviores prodromos mox ſubito ſuffocationis periculum excipiebat. Plerumque primus ille morbus inſultus nocturna ſopitos quiete corripiebat; ſomno ſubito experrecti, anxie, difficillime, ſonoraque laborabant

borabant reſpiratione, et tuſſi vexabantur, voce quadam ſtipata peculiari, acutiſſima ſtridula, illi quam gallinae pipiendo edunt ſimillima. Qui etſi ſonus fortius audiretur, ſi tuſſiret aeger, attamen et abſente tuſſi non plane deerat. Febris initio nulla, etſi pulſus aliquando tenſus deprehenderetur. Pallidus erat faciei, ſudore abundante diffluentis, color. Urina initio omni ſedimento carebat. Nec in ore, nec imis in faucibus, quidquam apparuit inde derivare quae recenſui ſymptomata potuiſſes; nec laeſa erat deglutitio, etſi infantes aegrius et cibum et potum caperent, quia tuſſim inde augeri ſentirent: Hanc enim, ab infantibus parum adultis, ſaepius allatam vidi rationem, cur, etſi intenſa ſiti defatigarentur, parum liquidi aſſumerent; maxime enim vehementiorem pertimeſcebant tuſſim. Nullus unquam oris adfuit foetor, nec aliud putredinis indicium. Nunquam de intenſo quodam dolore conqueſti ſunt aegroti, nec tumor laryngis externus, vivente adhuc infante, apparuit, etſi in quibuſdam cartilago thyroidea poſt mortem juſto magis promineret. Prima morbi vis, et reſpirationis ſumma moleſtia, poſt aliquot horas, citius in aliis, in aliis tardius ceſſavit, ita ut ſatis bene ſe haberent infantes, nec praeternaturale quidquam praeter tuſſim vocemque peculiarem remaneret. Mox autem priſtina redibat reſpirationis difficultas, ita ut in aliis autem dimidium diei tempus utrumque ſejungeret inſultum. Nec unquam febrem inter, quae nunc morbo ſe jungere ſolebat, auctamque mali vim, nexum animadvertere poteram, nec certe fixaque in ſingulis reditus orthopnoeae ſervabat tempora. Hoc tamen monendum, poſt alterum inſultum et ſaepius rediiſſe graviora ſymptomata, et diutius perduraſſe, ita ut poſt primum nycthemeron continua, jam nec ullis intervallis temperata, reſpirationis difficultate, aeger

aeger defatigaretur. Urina antea cruda, nunc mucoſo ſedimento inſignis erat. Magnae etiam ſudoris guttae faciem obducebant; languebant alte imis in orbitis abſconditi oculi; proſtratae jacebant vires; et ita, mox facie livida plumbeaque facta, ſubito vitam amiſerunt. Nec hoc omittere fas eſt, mox ante mortem reſpirationem naturalem, quae in ſanis eſſe ſolet, recuperaſſe rationem, nec ullum unquam delirio laboraſſe, ſed omnes ad ultimum uſque vitae halitum mentis compotes fuiſſe. Convulſiones vel motus ſpaſticos nec ab initio, nec in fine morbi, unquam vidi.

" Totus morbi decurſus raro ultra 2. 3. nunquam ultra 4. diem protractus eſt. Plurimi ſecundo jam peribant die.

" Infantes plurimos hoc morbo correptos vidi, qui materno adhuc alebantur lacte, nullum autem, in numero 40-50 aegrotorum, quos ego in noſtra urbe curavi, qui octavum jam ſuperaverat vitae annum.

" Contagioſi nil animadvertere licuit, raroque accidit, ut uno eodemque tempore 5. 6. infantes hoc morbo decumberent," &c. At, juxta finem, ſequentia notat: " Nec, quantum ego quidem ſcio, ullus infantum fruſta membranacea ejecit; omnes enim, quos ego quidem vidi, ſine ulla expectoratione mortui ſunt, uno excepto, quem viſcidae materiae ejectione ſanatum eſſe antea jam monui *."

Ita exempla a duobus viris generoſis, qui plurimum operae curaeque in natura morbi indaganda poſuerunt, et diligenter collecta et accurate depicta fuerunt. Quantum ad virum jure celeberrimum Dr Home attinet, is nihil, praeterquam quod oculis ſuis iterum iterumque viderat ſaepiuſque notaverat, memoriae tradidit. Quod Michaelis ſpectat, auctoritatem alienam obſervationibus ſuis accuratiſſimis et ingenioſis adjecit.

Opiniones

* Mich. pag. 258.

Opiniones vero horum auctorum celebrium longius adhuc patent. Clariſſimus Home, ad partem trigeſimae ſeptimae paginae inferiorem, de opinionibus, quae de hoc morbo fuerant ortae, variis differens, haec ipſa verba in medium profert: "Had theſe muſcles, or any of the coats of the trachea, been inflamed, or mortified, as others have thought, the pain would have been greater than it is before the mortification, and the pulſe would have been ſtronger than it generally is, as the parts are membranous." Quinetiam eruditus Michaelis, idem firmandi conſilio, quod ſequitur memorat: "Fauces omni inflammationis, vel alius labis veſtigiis, immunes eſſe ſolent, teſte Homio, Ghiſi, aliiſque, ſi hoc modo excipias, quod aliquando glandulae, in linguae radice ſitae, tumidae, et earum ductus excretorii aperto hiantes oſtio inveniantur. Circa glottidem omnia tenaci obducta fuiſſe muco legimus."

E caſibus autem jam prolatis abunde conſtare videtur, locum huic morbo in Noſologia minime juſtum hactenus fuiſſe tributum. Quo hoc clarius etiamnum appareat, qualis pyrexia ſit conſiderabimus.

Pulſus arteriarum celeres infantiae communes ſunt. Magnam ob irritabilitatem, ſanguinis circuitus in pueris cauſis leviſſimis accelerari conſuevit. Cum vero aliquid praeter hoc ad febrim conſtituendam ſit neceſſarium, vitium, de quo in praeſentia agitur, a tali ſyſtematis conditione ex toto disjungi videtur. "Quod ad febrem attinet," inquit Michaelis, "certis exemplis conſtat, ea adultiores, et infantes, per totum morbi decurſum aliquando immunes fuiſſe; in aliis non niſi verſus finem, imo inſtante jam morte, apparuiſſe, eas ut obſer-

vationes

vationes taceam, ubi ab initio quidem febris aliqua, tam levis autem aderat, ut eam percipere difficile eſſet *."

Quantum ad ordinem *phlegmaſiae* † ſpectat, ſub hoc minus apte etiamnum collocaretur morbus. Namque, praeterquam quod ſine febre eſt, nullus dolor ſubeſt, vel adeo, ut vix percipi poſſit, obtuſus eſt. Inſuper, cruſta coriacea, quae aliis in exemplis morborum ſanguini ſoleat innatare, hic, uti vir clarus Home, quo nemo ſignorum morborum obſervantior eſt, clare contendit, nunquam ſemet oſtendit ‡.

Quae ante objecimus anginae, ea morbum pro ſpecie cynanches ‖, minime habendum eſſe demonſtrant. Doloris et inflammationis, quae unamquamque cynanches ſpeciem evidenter deſignant, defectus, morbum, quem exequimur, et a genere et ab omni ejus ſpecie, inſigniter ſecernit.

Definitionem igitur Praeceptoris mei, nunquam non venerandi, ex parte tantum recipere poſſum. Quo vero hac in re auctoritate aliena, eaque gravi, innitar, quae vir accuratus Michaelis ſuper ea tradiderit, in medium proferenda curabo. Definitione cynanches trachealis citata, " Fateor autem," inquit, " ita definitionem iſtam comparatam eſſe, ut acquieſcere in ea non poſſum. Phlegmaſiis autem ſanguis miſſus, ut ſuperficiem coriaceam oſtendat, neceſſe eſt; talis autem cruſta non niſi rariſſime in noſtro morbo occurrit. Nec febrilis ſemper angina noſtra; male itaque pyrexiis annumeratur. Aliquando etiam, et vox ſtridula, ſaepius autem, et tuſſis in morbo noſtro deficit. Quod ad reſpirationis denique difficultatem, vociſque raucedinem attinet, fateor equidem,

* Vid. pag. 88.

† Vid. Cul Synopſ.

‡ But here there is never found any. *Vid. pag.* 43.

‖ Vid. Cull. Noſol.

dem, ea omnium rariſſime vel nunquam pene aegrotos carere. Attamen, et quiſque facile videt, haec ſigna ita minime eſſe comparata, ut, eorum ſolo auxilio, malum noſtrum ab aliis diſtingui poſſit *."

Licet vero auctor eruditus ob ingenioſas obſervationes ſummam laudem mereatur, definitio, quam concinnandam putavit †, a perfectione etiamnum longe diſtare videtur. Etenim non tantum cauſarum, quae a natura definitionis prorſus alienae ſunt, mentionem injicit, ſed vocabulo *metaſtaſis* etiam utitur. Quo hanc opinionem ſuffulciat, glandulas mucoſas quantitatem lymphae inſuetam irritatas profundere affirmat ‡. Cum vero plures cauſas, quam quae omnino verae ſint, et ad phaenomena exponenda ſufficiant, proferre legi philoſophiae principi plane adverſetur; cumque non parum, utrum glandulae ad mucum ſecernendum deſtinatae actionem hujuſcemodi necne poſſint habere, dubitetur, definitio ejuſmodi hic recipi nequit.

Cum res igitur tot tantaſque difficultates habeat, quomodo morbus finiri, et ubi in Noſologia Methodica collocari, debet? Quoniam a catarrho ullave cynanches ſpecie penitus ſejunctus eſt, febris et inflammatio ei haudquaquam neceſſariae ſunt, et

* Vid. pag 88.

† "Anginam membranaceam, catarrhalem fiſtulae eſſe credo inflammationem, cum metaſtaſi, materiei ad partem affectam lymphaticae, quae niſi vel praematura mors, vel remedia tempeſtiva adhibita, impediant, in polypoſum concrementum abit." *Vid. pag.* 89.

‡ "Nec objicias abſonum eſſe glandulis mucoſis lymphaticam ſecretionem tribuere. Conſtat enim morboſo in ſtatu organa, plane aliam ſaepius materiem ſecernere, quam ſi ſana ſunt, vehere ſolent; et hoc tunc praecipue accidere, ſi vel irritatio accedat, vel nimia cujuſcunque materiae copia, corpus abundet." *Vid. pag.* 90.

et notae ſingulares eum ab omnibus aliis evidenter et manifeſte ſecernunt.

Laxitas ſolidorum, et quantitas humorum pro rata ratione, magna, quae in infantibus notabiles ſunt, ſecretiones in his inſigniter copioſas eſſe teſtantur; et mucum circa tracheam liberaliter profundi ab experientia etiam diſcunt adulti. Quam facile quoque hic viſcidus evadat, ſi diu in faucibus manere permittatur, neminem fugere poteſt. Pueris autem, utpote qui fibris irritabilibus ſint praediti, non difficulter praeter naturam augetur hujuſmodi ſecretio. Cum mucus igitur per cauſas fortuitas circa tracheam accumulatus eſt, fundamentum morbo jam jactum eſt. Si vero, rebus ita ſe habentibus, puer mucum excernere vel negligat vel nequeat *, ſpiſſior juſto evadit †, partibus tenuioribus inter expirandum partim ablatis, per vaſa lymphatica partim abſorptis. "We have an analogy of this," inquit clariſ. Ruſh, "in the noſe; and were the paſſages of this organ leſs in our reach, it is probable a membrane reſembling that found in the trachea would be found in it every 24 hours ‡."

Huic objici poteſt, actionem tuſſiendi eſſe motum a voluntate minime pendentem, et infantes in exemplo ſupra comprehenſo

* Clariſ. Home, pag. 41.

† Ruſh, page 13. Letter to Dr Millar.

"Alia circa corporis iſtius membranacei originem ſententia, quae longe plurimis fautoribus gaudet, inter quos Murryum, Roſenſtenium, et Baekium nominaſſe ſufficiat, ex mera muci exſiccatione natum docet." *Vid. Comment. de Polyp. Bronch. in ſoc. Goett t. 15. p. 55.*

‡ Letter to Dr Millar, pag. 16. 1770.

"Is idem mucus, ſed aliquo ut videtur tranſudante ſero miſtus, hinc tenuior, nonnunquam figuram bronchi ramorumque exprimit, atque ramoſa vaſis aliqua effigie conſpicuus, ſcreando redditus eſt." *Hall. El. Phyſ. t. 3. p. 149.*

prehenſo nociva e trachea aeque facile, ac adultos, eſſe expulſuros. Quicunque vero ad ſuas muci excretiones animum attendit, eas plerumque voluntarias eſſe, et ſine ullo omnino irritationis ſenſu perfici, non invitus fatebitur.

Nonne igitur haec modo poſita morbum loco proprium * eſſe manifeſte et evidenter oſtendunt? Cum a ſecretione naturali ſuppreſſa proficiſcatur, nonne ſub *Epiſcheſes* † Culleni celeberrimi debet collocari? Nonne hic genus etiam conſtituere poteſt? Hujuſmodi ſaltem ordo ejus naturalis mihi eſſe videtur. Si catarrho ſtipatur, quod quidem frequenter incidit, nonne hoc unam ex ejus varietatibus conficere exiſtimari debet? Nonne conjunctio ſignorum hujuſmodi cauſam, cur pro contagioſo fuerit habitus, explicare poteſt? Si locus, quem ei in Noſologia tribuerim, idoneus eſſe videatur, eum nomen ſibi proprium habere oportet. Cum vero vocabula generica, uti appellantur, ſimplicia eſſe debeant, cumque Noſologia, quantum noverim, nullum, quod naturam morbi ſatis aperte manifeſteque deſignet, ſuppeditet, cumque mihi, ſi multitudinem nominum hujuſcemodi jam nimiam augere conarer, vitio verti poſſet, *Suffocationem* ‡. Linnaei celeberrimi, ut *genus*, et *ſtridulam* clariſſimi Home, quae quidem naturam morbi feliciſſime deſignet, ut *ſpeciem*, recipiendas eſſe exiſtimavi. Ita ſub claſſe *Locales*, et ſub ordine *Epiſcheſes* collocata, magna ex parte verbis Profeſſoris noſtri venerandi in modum ſequentem poteſt finiri.

C DEFI-

* Partis non totius corporis affectio. *Cul. Noſol.*

† Excernendorum ſuppreſſiones. *Cul. Synop.*

‡ Reſpiratio anguſtatione faucium continua, ſine febre.

A tracheae anguſtatione. Gen. 158.

DEFINITIO.

Suffocatio, *ſtridula*, "reſpiratione difficili, inſpiratione ſtrepente; tumore fere nullo in faucibus apparente, et deglutitione" naturali deſignata.

HISTORIA MORBI.

Hic morbus omni tempeſtate ſemet oſtendit; ſed ſaepiſſime vere et autumno, vel, humiditate et frigore ſubſtantibus, in mortales invadere conſuevit. Hinc in locis humidis depreſſiſque endemicus fuit repertus. Eos, qui loca Mediterrànea tenent, aeque, ac mare accolentes, infeſtat. Pueros potiſſimum a tempore, ut nonnulli affirmant, quo a lacte depelluntur *, ad annum aetatis duodecimum aut circiter, vexare ſolet.

Cum tot tamque longos caſus ante citaverim, vix neceſſarium eſſe videtur, ut hiſtoriam morbi abſolutiſſimam conſcribam. Quae ſigna vero attentionem merentur, ea ſilentio non praeteribuntur.

Morbus

* Haec opinio forſitan, ut vir clarus Home notavit, hinc orta eſt, quod pueri, quibus tam parum aetatis acceſſerit, queri non poſſunt; quodve nutrices, parentes medicive in errorem de natura morbi inciderunt. Hieme ſuperiore occaſio puerum, tres menſes tantum habentem, videndi mihi ſubminiſtrata eſt, qui, quantum ex omnibus conjicere potuerim, ſignis ſuffocationis ſtridulae per tres dies, ſine intermiſſione, laboraverat, et magna muci viſcidi excretione tandem levatus eſt.

Morbus a proclivitate ad ſomnum *, ictibus arteriarum aliquando celeribus, tuſſi nonnunquam et raucedine † incipit, quae levi partis tracheae ſuperioris dolore ſtipantur. Si in fauces inſpicias, nihil inflammationis ſemet oſtendit; ſed lingua muco albido obducitur. Poteſtas devorandi raro aut nunquam laeditur aut imminuitur.

Sub alterum, tertium, quartumve diem, ſerius maturiuſve, pro rebus diverſis ſubſtantibus, ſigna ingraveſcunt. Dyſpnoea nunc augetur, et inter ſpiritum reddendum ſonitus ſingularis oritur. Diverſa referre fuit exiſtimatus. Eum vero forſitan cum voce avis terrefactae aptiſſime comparabis. Alvus adſtricta evadit, abdomen diſtenditur, cutis ſicca fit; pulſus arteriarum intermittunt, et adeo debiles et frequentes evadunt, ut nequeant enumerari. Humeri toties, quoties inſpiratur, elevantur, et abdomen tandem convellitur. Extrema corporis tumeſcunt et frigeſcunt. Sudor frigidus in caput pectuſque ſeſe diffundit. Oculi langueſcunt; ſed mens rariſſime labat. Appetentia cibi ſaepe ante mortem oriri dicitur, et ſpes ſalutis amicos medicoſque non raro lactant fallaces. Exitus vero funeſtus magis magiſque appropinquat, et aegrotus miſerandus paroxyſmo ſtrangulationis extinguitur, vel placide decedit.

Si catarrho adjungatur, ſigna a ſupra comprehenſis non parum diſcrepare ſolent. Quam ſpeciem igitur cum illo morbo

* Clariſ. Kuhn.

† Haec ſigna catarrhi magna ex parte propria eſſe videntur. Cum tuſſis ſuffocationem ſtridulam comitatur, eam non generis uſitati, ſed ſingularis, eſſe notat vir ille eruditus Home. "It is not of the common kind, but more ſhort and ſtifled, and leſs convulſive, with little or no expectoration. *Vid. pag.* 33.

morbo conjunctus prae ſe ferat, hic conſiderare non erit alienum.

Nunc evidenter adſunt ſigna pyrexiae, qualia ſunt horrores, pulſus arteriarum duri et celeres, humoris e naribus profuſio, tuſſis et raucitas. Dolor circa laryngem nunc clare evidenterque percipitur. Quod expuitur, membranas tenuiſſimas puſve, praeſertim in ſtadiis morbi provectioribus, refert. Si in fauces internas hoc tempore introſpicias, inflammatae et aliquantum tumefactae eſſe videbuntur. Sitis, calor, et inquietudo aegrotantem magnopere exercent, et puer infeliciſſimus magis celeriter, quam in exemplo priore, ſtrangulatione rapi periclitatur.

CAUSÆ REMOTÆ.

Hae autem in eas, quae proclivitatem tantum ad morbum dant, et eas, quae eundem excitant, ſunt diviſae.

Prioribus accenſetur infantia. Hoc vitae tempore, ut ſupra fuit comprehenſum, ſolida ſunt laxiora, humores magis abundant, et ſecretiones inſigniter copioſae eſſe reperiuntur. Hinc mucus in faucibus et trachea, ob cauſas leviculas, copia inuſitata ſecerni ſolet. Hic facile ſpiſſeſcere dictus fuit. Nonnulli vero * quin inflammatio ſubeſſet non dubitantes, cruſtam e lympha coagulabili formari contenderunt. Quo hanc opinionem ſuffulciant, arguunt, infantes hac lympha redundare; tracheam, propter magnam irritabilitatem, inflammationi

* Crawford, Th. Inaug. Edin. 1770.
Meaſe, ditto, 1771.

tioni multum patere, et hunc humorem per actionem vaſorum adauctam effundi, vel, uti Michaelis notat, a glandulis mucoſis ſecerni. Hae vero opiniones multis difficultatibus premi videntur *.

Ille clariſſimus infra nominatus, cum inter omnes, quos ſeculum noſtrum vel praeterita viderint, anatomicos unus emineat, cumque omnia, quae diſcipulos doceat, fideliter accurateque tradat, quae in annotatione opinioni noſtrae objecit, ea multum ponderis habere concedantur oportet. Quoniam vero ratio graviſſima non deeſt, cur morbum ſine inflammatione extitiſſe ponamus; quoniam utrum experimenta in mucum inſtituta necne fuerint reiterata †, non memoravit; quoniam ſigna univerſa a praeſentia membranae tam evidenter pendere videntur; quoniam inciſiones poſt mortem cruſtam a trachea disjungi probant, quoniamque aegrotus, ea rejecta, momento reſtitutus fuit, in ſententia ex toto contraria etiamnum non permanere non poſſum.

Utcunque

* Monroius celeberrimus et eruditiſſimus, mucum magnis quantitatibus circa tracheam ſecerni notat; utrum vero cruſtae in ſuffocatione ſtridula repertae ex hoc muco condenſato necne conflentur, plane dubitat. Ponit igitur eas non aliter formari, quam in aliis inflammationis exemplis, ubi partes inter ſeſe ſunt cohaeſurae, vel ubi aër admittitur, et inflammatio excitatur. Hujus opinionis firmandae affirmat, hanc cruſtam, ſpiritu vinoſo ei adjecto, multo tenaciorem evadere, qui tamen muco parum mutationis infert. Ita cruſta proles irritationis mera eſt, nec a relaxatione proficiſcens, nec morbum faciens. Mortem a membrana non pendere opinatur quod aegroti, antequam a trachea disjungitur, fato plerumque concedunt, quodque, ſub acmen morbi, a larynge ſeparari conſuevit. *Vid. MS. Lectures on Secretions*

† Hujuſce rei, praeſente amico meo Dr S. Wilſon, Carolinenſi, quaedam pericula feci. In omnibus vero ſpiritus vinoſus mucum tenaciorem efficere videbatur. Ne in errorem ſuper hac re inciderem, experimenta iterum iterumque repetivi.

Utcunque lympha coagulabili infantes abundent, et utcunque haec et mucus inter ſe revera differant; ſecretionem tamen hujus in pueris inſigniter copioſam eſſe, omnes confiteantur neceſſe eſt. Illa partem maſſae ſanguineae conſtituit, hic ſecretio naturalis eſt. Illa a ſanguine, niſi ope inflammationis, nequit disjungi, hic quantitate facile augetur, et magnam ſibi ſpiſſitudinem acquirere periclitatur.

Quanquam irritabilitas tracheae, valetudine commoda ſubſtante, maxima eſt; mirum in modum tamen, hoc morbo urgente, imminui conſuevit. Hoc ob quantitatem muci, qua trachea cooperiatur, incidat neceſſe eſt, quod poſtea e ratione medendi plane conſtabit. "The ſenſation of theſe parts," inquit vir celebris Home, "is almoſt entirely deſtroyed *." Quod ſequitur poſtea notat: "The glottis is never found contracted, or inflamed; the lungs are ſound, and the coats of the trachea ſeem only to ſuffer by ſecond hand †."

Cum opiniones hujuſmodi igitur admodum dubiae eſſe, et nulli fundamento, quatenus ſaltem ad inflammationem attinet, firmo inniti videantur, ad rem longe diverſam conſiderandam progrediar.

Quare pus, vel aliquid ei ſimillimum, in bronchiis tracheave reperitur? Haec quidem quaeſtio eſt, cui forſitan non facile poteſt reſponderi. De natura hujuſce humoris et indole non parum adhuc dubitatur. "From the experiments," inquit Cullenus, "of Sir John Pringle and Mr Gaber, we learn, that the ſerum, under ſtagnation, may ſuffer a particular change, by having the gluten preſent in it changed into a white, opaque, moderately viſcid, mild liquor, which we name

* Page 53.

† Corol. iii. page 35.

name Pus *." Antequam vero hoc incidere poteſt, tantus ſanguinis impetus oriatur neceſſe eſt, in parte inflammatione laborante, quantus ad vaſa exhalantia ita dilatanda, ut integrum ſerum valeant effundere, ſufficiet. Nulla autem documenta habemus, unde talem impetum in ſuffocatione ſtridula incidere poteſt evinci.

Vir clarus toties memoratus, Dr Home, hocce phaenomenon per analogiam quandam, pus inter et mucum quam intercedere ponit, explicare conatur; cum vero illud ſaepe ſubito ad putredinem vergat, et hic ab ea alienus eſſe reperiatur, cumque experimenta mucum in pus degenerare nunquam probarint, ſed contrarium potius medicis ſuaſerint, analogiam hancce, ut incertam, derelinquendam puto.

De Haen ejuſque aemuli contendere non dubitaverunt, pus ſyſtemati humores circumvehenti eſſe naturale, vel intra vaſa formari. Rem autem ita ſe habere aſſerunt, quod pus, nulla ulceratione facta, ſemet oſtendit, quodque ad partes longe diſſitas repente transfertur. Licet vero haec omnia non neganda eſſe concederemus, non minus difficile foret exitum ejus e vaſis, vita ſuperſtite et inflammatione non ſubſtante, quam ſeri integri lymphaeve coagulabilis, explicare.

Formationem igitur puris hoc in morbo pro effectu membranae habeo, et explicationem ortus ejus modo ſequente aggredior.

Ut reſpiratio aliqua ex parte impedita accumulationem ſanguinis in pulmonibus nimiam facere poteſt, ita impetus humorum a ſuperficie corporis, per vim frigoris et humiditatis introrſum factus, eandem augere valet. Quidnam igitur, quo minus exhalatio ſeri in cavis bronchiorum et tracheae, locis ad formationem

* Firſt Lines, vol. I. § 250.

formationem puris accommodatiſſimis, adaucta fiat, obſtare videtur?

Quinetiam pro cauſis, quae mortales ad morbum proclives efficiunt, haberi poſſunt omnia, quae ad organa reſpiratui inſervientia debilitanda vel irritanda aliquid conferunt. Hinc variolam, rubeolam, pertuſſim, aſthma, catarrhoſve provectiores, excipere ſolet. Solum aërque humidiora, ut quibuſdam in locis endemicus ſit, ſaepe faciunt. Hinc ratio quoque petenda eſt, cur oram Fifae, comitatus Aerenſis et Gallovidiae gravius, quam regiones vicinas editiores *, infeſtet. Nonne eidem cauſae tribui debet ſignorum varietas, quae Lethae, Muſſelburgi, Edinburgi, et in locis Mediterraneis et a mari longe diſſitis, quae frequenter quoque morbus invadit, ſemet oſtendit?

Cauſae excitantes vero frigus et vociferatio eſſe videntur.

Qualis nexus pulmones inter et ſuperficiem corpoream interſit, neminem, qui medicinam labris primoribus deguſtavit, poteſt latere. Frigus autem collectum, ſpiracula cutis occludendo, et perſpirationem igitur ſupprimendo, ut exhalatio in pulmonibus adaugeatur, et quantitas humoris nimia et inuſitata e glandulis tracheae partiumque vicinarum mucoſis profundatur facit.

Vociferatio

* "The maritime air ſupplies a *ſtimulus* calculated to increaſe the ſecretion from the *mucous* glands of the *trachea* and lungs. Along with the moiſture, ſweeped from the ſea by the winds, is carried, likewiſe, a great quantity of ſea ſalt; as every thing, at ſome diſtance from the ſhore, taſtes of ſalt. This inſpired into the lungs, ſtimulates the orifices of the tracheal glands, and increaſes the mucous ſecretion," &c. *Home, Inquiry into Croup, page* 40.

Vociferatio irritatione, qua tracheam afficit, morbum poteſt concitare. Huic multi pueri, inter aequalibus colludendum, magnopere ſunt dediti.

DIAGNOSIS.

Suffocationem autem ſtridulam ab aſthmate infantum Doctoris Millar nulla ratione ſecerni poſſe, exiſtimarunt multi ſcriptores; quanquam ſtrepitus per reſpirationem factus ſolus ad diſcrimen inter duos morbos clarum manifeſtumque reddendum ſufficere, videri potuit. Diſcrimina tamen, quantum alia ſpectat, minime levia ſunt. In aſthmate convulſivo, paroxyſmi dyſpnoeae ſubito ingruunt, pueros, dum ludunt aut dormiunt, corripientes. Sub primam acceſſionem graviſſimi ſunt, et ſtatis temporibus repetunt. In ſuffocatione ſtridula vero, morbus gradatim accedit et increſcit. In illo, trachea preſſuram, paroxyſmo ſubſtante, plane ſentit. In hac, contra, res aliter ſeſe habet. In illo, pulſus arteriarum exigui ſunt, debiles, et contracti. In hac, ſub initium, ſaepe pleni ſunt, et, per ſtadia provectiora, molles et languidi *.

A tuſſi convulſiva hoc plane ſecerni poteſt, quod contagione non vulgatur, et potiſſimum, quod paroxyſmi tuſſiendi et reſpirationis ſtridulae non manifeſti et evidentes ſunt.

* Quanquam vir eruditus et preceptor meus clarus Profeſſor Ruſh, in epiſtola ſua ad Dr Millar, hunc morbum ſpaſmodicum eſſe contendit; hodie tamen eum morbis ab humorum redundantia pendentibus annumerat, ſpaſmodicam hujuſce morbi ſpeciem pediluvio, ſanguinis detractioni, vel aſſaefoetidae, ſimilibuſque facile cedere notans.

Inclytus Kuhn in ſententiam ſimilem conceſſit. *Vide Praelect. virorum clarorum Ruſh et Kuhn manuſcriptas.*

Cum eaedem cauſae excitantes ſuffocationi ſtridulae et catarrho poſſint eſſe communes, cum glandulae mucoſae in utroque morbo afficiantur, cumque prima febris ſigna in pueris, exemplis in pleriſque, cognitu difficilia ſint, unum morbum cum altero in deſcriptionibus auctorum non raro confuſum fuiſſe, haudquaquam improbabile eſt. Quo hoc, quantum fieri poteſt, evitetur, qui morbus in praeſens epidemice graſſatur, is quam diligentiſſime attendatur. Sub initium ſternutatio capitiſque gravitas abſentes, et poſtea ſtrepitus ſingularis ſpiritum trahendo factus, una cum pulſibus arteriarum mollibus et languidis, omnem dubitationem tollent.

A cynanche omnique ejus ſpecie, per definitiones a Culleno noſtro in Noſologia ſua Methodica traditas, ſatis clare diſtinguitur. Et corpora extranea in tracheam ingreſſa, quae ſuffocationem ſtridulam ab arte petitam nonnunquam excitarunt *, a reliquis cauſis excitantibus per ſenſum doloris acutum dignoſcuntur.

Ex his modo propoſitis, e ſede morbi, e modo quo progeneretur, et e cauſis abunde conſtat, ſuffocationem ſtridulam morbis faucium numeroſis et mirandis frequenter adjungi poſſe, et ſummam ſagacitatem medici et judicium acerrimum, ad rationem medendi tutam et celerem reperiendam, eſſe neceſſaria. A conjunctionibus autem, quae poſſint incidere, diverſis profluxerunt morbi auctorum ſynonymi, quales ſunt *anginae* diverſae, morbus ſtrangulatorius Starr †, catarrhus ſuffocativus Hillarii ‡, Etmuller, &c. Quoniam vero

Caetera

* Michaelis, pag. 131. Dr Home, pag. 43.

† Phil. Tranſact. No. 495.

‡ Changes of Air in Barbadoes, page 134.

Caetera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem
Delaſſare valent Fabium, ne te morer, audi
Quo rem deducam *.

Univerſa ſigna, et natura morbi, qui eodem tempore epidemice graſſatur, attentiſſime ſunt reſpicienda. Quo rite facto, ſuffocationem ſtridulam ab omni alio morbo, quem poſſit referre, pro certo ſecernere fere ſemper valebis †.

PROGNOSIS.

Qualem eventum in quolibet morbo promittat, ſummam curam prudens et cautus medicus ſemper adhibere debet. Hoc nullibi, quam in hoc morbo, qui maximum omni tempore periculum habet, magis neceſſarium. Signa ſaepe fallacia ſunt, et aegrotus, quanquam ad ſanitatem gradatim reduci videatur, reditu morbi ſubito et inſperato rapi periclitatur.

Quo minus aetatis pueris acceſſit, eo majori periculo objiciuntur. Si, per ſtadium morbi primum, ſpiritus non gravis et celeris ſit, pulſus arteriarum ſatis virium habeant, vox parum afficiatur, tuſſis valida et humida maneat, exitum felicem praeſagire licet. Si vero, contra, tertio quartove die, citius

* Hor. Sat. I. lib. I.

† Vir celebris Dr Bard, qui Novi Eboraci medicinam facit, tractatum, qui angina ſuffocativa infantium inſcribitur, in lucem edidit. Hanc eundem morbum, quem vir clariſſimus Home ſub nomine ſuffocationis ſtridulae deſcripſerit, eſſe contendit. Caeterum, maculae faucium, natura morbi contagioſa, et multae aliae putredinis notae, quae ibi commemorantur, cynanchem malignam potius, quam quodlibet aliud, deſignare videntur. *Vid. Am. Phil. Tranſact.*

citius ſeriuſve, quo tempore cruſta jam formata eſſe ponitur, ſpiritus celeris et difficilis evadat, ſtridor vocis, qui morbum tam aperte deſignat, oriatur, ictus arteriarum tremuli fiant, facies rubeſcat, et alia ſigna minacia ſupra comprehenſa accedant, ſummo quidem in periculo verſatur miſerandus aegrotus. Si motus convulſivi ſignis modo memoratis ſuperveniant, et corporis extrema frigeſcant, quin ad ultima fere ſit ventum, nequit dubitari. Caeterum, ſi mucus collectus ejiciatur, et pulſus arteriarum, quanquam frequentes, validi fiant, ſpiritus brevi faciſis, tuſſis minus ſicca et vehemens evadet, et aegrotus e morbo tandem emerget, et ex toto reſtituetur.

CAUSA PROXIMA.

Cauſae proximae pro opprobriis medicorum ſemper habitae fuerunt. Quaſi rupes funeſtiſſimae fuerunt, quibus celeberrimi illiſi naufragium fecerunt. Hinc aliae theoriae alias, ut *unda impellitur unda*, invicem exceperunt, et, ut umbrae fugaces, evanuerunt.

Nox illa horrenda, quae alis fuſcis medicinam olim circumvelavit, haudquaquam adhuc penitus depulſa eſſe videtur. Namque, dum ratio morbis nonnullis lumen ſuum, diu fruſtra exoptatum, tandem offudit, alii tenebris noctis concubiae ſpiſſiſſimis adhuc involuti manent. Morbus quidem, de quo in praeſentia agitur, cauſam proximam, quatenus iſtud vocabulum hodie intelligitur, quanquam alii ſuper ea alia ſenſerunt, evidentem et manifeſtam habere videtur. Haec autem mucus in trachea congeſtus, fluidus, vel in formam cruſtae redactus,

dactus, eſſe exiſtimatur. Hic quidem recte et jure optimo pro cauſa proxima hujuſce morbi habetur, quoniam omnium cauſarum, quae remotae nominantur, progenies communis eſt, et quoniam, ut Gaubius celeberrimus ait, hoc ablato, tollitur morbus: Sequitur autem, ut quanam ratione morbo tuto, cito, et jucunde mederi poſſimus, conſideremus.

RATIO MEDENDI.

Uſus ſanguinis detractionis, et univerſae et loco propriae, qui hoc in morbo ſine diſcrimine praecipi conſuevit, a natura ejus omnino alienus eſſe videtur. Quam ſtragem ubique fere edidit, ea huic aliqua ex parte forſitan tribui debet. Corpora infantum tenella ad evacuationes liberales ferendas male accommodantur. Si per primum morbi ſtadium nimis debilitentur, vires amiſſae forſitan non reſtitui poterunt, et ſuffocatio potius promoveri, quam arceri, periclitabitur. Inſuper, morbis inflammationem habentibus raro aut nunquam patent pueri, ſi eos, qui a contagione proficiſcuntur, excipias, et in graviſſimis, qui eos affligunt, multa remedia ſcalpello longe praeſtant. Hoc inſtrumentum, in primis pernicioſum, quod olim in omnibus fere morbis adhiberi conſuevit, multis in exemplis hodie merito depoſitum eſt. In ſuffocatione ſtridula vero, quantum ad uſum ejus attinet, ſumma attentione opus eſt. Vix nimis cautus eſſe poteris. Illa ſolidorum flacciditas, et humorum abundantia, quae pueris evidenter inſunt, diatheſi phlogiſticae prorſus contrariae ſunt. Igitur hac in re a celeberrimo Homio, utcunque invitus, diſſentiam oportet. Si morbus a muco originem deducat, an ſanguinis detractio

ejus

ejus depellendi praecipienda? Nonne haec, aegrotantem infirmando, ut morbus ingraveſcat, facere poteſt? Nonne pulſus arteriarum, inde debiles exileſque redditi, quod ſaepe incidit, medicis uſu ejus plane interdicunt? Pulſus autem arteriarum, ſanguine copioſe, interdum modice, miſſo, concidere experientia multorum teſtatur.

Sanguinis detractio igitur, me judice, pro remedio, quod ſigna morbi in tempus breviſſimum tantum poſſit levare, et ad quod, niſi ſumma neceſſitate urgente, et hic etiam admodum caute, non decurrendum eſt medicis, habenda.

Reſtat autem, ut, hac repudiata, aliam medendi rationem, certiorem et efficaciorem, in locum ejus ſubſtituam. Hoc vero factu minime difficile eſſe videtur. Longe diverſam quidem recepit *Academia Philadelphienſis*, quam ſucceſſus proſperrimi hactenus comitati fuerunt, et cui cum theoria morbi ſupra propoſita penitus convenit.

Conſilia medendi efficaciſſima ſequentia eſſe videntur.

I. Mucum, antequam cruſta formata eſt, ſi fieri poſſit, removere.

II. Ut cruſta, ſi jam formata ſit, ejiciatur facere.

III Reditui morbi occurrere.

Primo conſilio accommodantur, 1. Cathartica, 2. Diaphoretica, 3. Epiſpaſtica.

1. Cathartica plerumque bene ferunt infantes. Folliculos inteſtinorum mucoſos deplere, ad congeſtionem circa tracheam factam levandam, optime accommodari videtur. Namque conſenſus inter glandulas corporis univerſi mucoſas ſummus intercedit *.

Hoc

* Dr Home, page 56.
"As there is a great communication and conſent," &c.

Hoc efficaciſſime ſaepe praeſtitit calomelas. Cum hoc medicamentum in ſyſtema glanduloſum potiſſimum agat, et vim ſtimulantem habeat, magnas muci quantitates e canali alimentario non expellere non poteſt.

Evacuationem autem hujuſcemodi largam tracheam levare poſſe hinc diſcimus, quod, una ſecretione diminuta, aliam pro rata ratione augeri compertum habetur. Si hoc rem non ſatis confirmet, ad experientiam ipſam provocare poſſumus *. Cum alvus dura ſit, et inteſtina inſenſilitatem ſingularem plerumque habeant, calomelas doſibus minime exiguis dandum. Grana a tribus ad quinque uſque e quolibet vehiculo idoneo dari, et ex intervallis idoneis repeti poſſunt, donec alvus abunde fuerit purgata. Pueri hoc medicamentum melius, quam adulti, tolerare reperiuntur. Quinetiam glandulae ſalivariae et anima illis rarius uſu ejus afficiuntur. In uſu calomelanos, in ſpatium brevius longiuſve, pro viribus aegroti et gravitate ſignorum, perſtandum eſt. Si ſpiritus difficilis maneat, et purgatio etiamnum neceſſaria eſſe videatur, calomelas parvis quantitatibus opio adjunctis detur †, adeo ut non nimis dejiciatur, ſed ex aliqua parte ſaltem abſorbeatur. Quinetiam irritatio per mercurium excitata, ut aeger mucum facilius tuſſiendo ejiciat, vel eundem abſorbeat, facere poteſt.

2 Cum

* Cl. Kuhn ad puerum tertio morbi die arceſſitus eſt. Ab aliis medicis incaſſum adhibita fuerant emetica, pediluvia, et epiſpaſtica. Spatio ſedecim horarum viginti calomelanos grana, ſucceſſu cum proſpero, adhibuit. *Vid. Prael. de Mat. Med. MS.*

Hoc exemplum, ut maxime inſigne, ubi ad mercurium fuit decurſum, commemorandum putavi.

† Dr Bard, Am. Phil. Tranſact. pag. 333.

2. Cum frigus et humiditas in ſuperficiem agendo curſum humorum adauctum pulmones tracheamve verſus faciant, perſpiratio promoveri debet. Hinc ſudorifica leniora prodeſſe poſſunt. Fluxum humorum a partibus internis ad externas avertunt *. Huic conſilio reſpondent vinum ipecacuanhae et antimoniale. Acetum ſcilliticum utriſque forſitan longe praeſtat.

3. Epiſpaſtica, evacuationem topicam faciendo, et igitur congeſtionem tracheae levando, prodeſſe poſſunt †. Si mature adhibeantur, proclivitatem ad ſomnum, quae hoc tempore notari conſuevit, imminuere valebunt ‡.

Vapores aquae calidae et aceti prodeſſe plane videntur, quod poteſtatibus reſolventibus et ſtimulantibus, ut materia viſcida rejiciatur, faciunt ||.

II. Conſilio alteri reſpondent emetica. Haec, per ſtadium primum, ſecretionem muci in pulmonibus et trachea augendo, aegroto injuriam forſitan inferre poſſunt §. Res vero hoc tempore longe aliter ſeſe habet; namque motu, quem excitant, convulſivo, aëra per tracheam violenter propellendo, et tuſſim movendo, membranam forſitan ejicere valebunt ††.

Dr

* Home, pag. 57.

† Gregorius celebris, morum ſuavitate ingenioque pariter nobilitatus, in praelectionibus clinicis memorat, aegrotum ſuffocatione ſtridula laborantem per epiſpaſticum, tertio morbi die applicatum, ex toto fuiſſe ſanatum.

‡ Vir clarus Home epiſpaſtica vi ſua ſtimulante nocere poſſe ſuſpicatur, niſi largae evacuationes prius fuerint adhibitae. Nihil vero periculi, ſi natura morbi vera talis ſit, qualis ſupra fuerit deſcripta, hinc poteſt oriri.

|| Vid. Home, pag. 56.

§ Ibid pag. 57.

†† Michaelis, pag. 211.

Cl. Shippen jam citatus.

Dr Crawford ad emetica, etiam per primum ſtadium, in terra Perthenſi, et in planitie Gourienſi, quae loca morbus frequenter infeſtat, feliciter fuiſſe decurſum, memoriae prodit *. Haec vero, et ob ea quae ante huic eorum uſui objicimus, et ob ea quae ſupra de mercurio comprehendimus, pro remedio prophylactico potius adhiberi debent.

Vapores capſici, vel piperis Guineenſis, hoc tempore neceſſarii evadere poſſunt †, quoniam larynx ſenſu ſuo naturali magna ex parte orbatus eſſe reperitur. Haec irritabilitas imminuta e muco ſpiſſitudinem ſibi gradatim adepto, et magna quantitate ibi congeſto, facillime oriri concipi poteſt ‡.

Si dyſpnoea etiamnum increſcere pergat, et aegrotus ſpem nullam ſalutis habere videatur, *tracheotomia* eſt ultimum remedium, ad quod, quamvis forſitan nihil praeſidii in eo reperietur, confugi debet.

III. Ad tertium ultimumque conſilium jam ventum eſt, reditui morbi nempe occurrere.

Hic cauſae morbi remotae curioſe diligenterque fugiendae. Aër purus, temperatus, ſiccus, in primis eſt neceſſarius. Si locus, ubi morbus ortus eſt, mutari nequeat, noxis frigoris et humiditatis, quantum fieri poteſt, per veſtitum calidum ſiccumque, occurratur oportet. Cum prima morbi ſigna ſemet in conſpectum dant, alvus calomelane moveatur, et perſpiratio poſtea balneo tepido, et quibuſdam diaphoreticis lenioribus, poſtquam aegrotus in lectum ſeſe recepit, ſumptis, promoveatur.

E Setacea

* Theſ. Inaug. Edin. 1770.

† Kuhn's Lectures.

" The membrane which covers the trachea, and the mucus or matter which covers the lungs, render theſe parts inſenſible to any external irritation."

‡ Vid. Home, pag. 58.

Setacea ſummis laudibus elata fuerunt; ſi vero morbus reditum minitetur, emplaſtrum e pice Burgundienſi confectum *, et inter ſcapulas applicatum, ſi frequenter detractum tergeatur, et humor inde progeneratus, minus moleſtiae aegroto faceſſerent, et ex aequo prodeſſent.

Cum a catarrho protractiore, rubeola ſimilibuſque morbis profluat, tonica, ut cortex Peruvianus, chalybeata, et caetera idem genus, neceſſaria evadunt.

Hujuſcemodi ſunt opiniones, quas de hoc ſingulari et periculoſo morbo in medium proferendas putavi. Rebus veris inniti mihi perſuaſum eſt. Eas igitur examini eruditorum relinquam, candore eorum confiſus. Si, ut attentione dignae recipientur, volupe erit; ſin aliter, commodis mortalium et ſaluti conſulere voluiſſe, memet conſoletur oportet.

Meum haud dubie eſt, antequam finem hujus Diſſertationis facio, Profeſſoribus hujus Academiae illuſtribus, quorum praelectiones utiliſſimas audiendi cauſa patriam, amicos, cognatos, reliqui, ob fructum, quem inde perceperim, manifeſtiſſimum, grates meritiſſimas perſolvere. In primis, animo grato, ob urbanitatem inſignem, quam toties ſum expertus, commemorandus eſt Cullenus venerandus, qui omnes diſcipulos quidem amore vere paterno proſequitur. Diu vivere pergat, medicinae decus, aegrotantium Britannicorum ſpes et praeſidium.

Quinetiam viris digniſſimis, Academiae Pennſylvanienſis curatoribus, ſub quorum patrocinio primi medicinae honores in me

* Buchan's Family Phyſician.

me fuerunt collati, praeſertim Doctori Jacobo Hutchinſon, et viro admodum reverendo Doctori Ewing, ejuſdem Academiae praefecto, gratiae quam plurimae ſunt habendae. Diu floreant ſcientiae cuſtodes, et ſtabiles patriae columnae.

Denique abſit, ut juvenis praeſtantiſſimi Doctoris Henrici Culleni, unius e medicis Noſocomii Regii Edinenſis, obliviſcar, cujus amicitiae et humanitati tot tanta debent, et a quo, facem in re botanica mihi praeferre aliquando dignante, tantum beneficii et tantum oblectationis accepi.

FINIS.

84